



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta**

**Gallemart, Jean**

**Coloniæ Agrippinæ, 1621**

Doctrina de Communione sub vtraque specie, & paruolorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39157**

## SESSIO XXI.

QVÆ EST QVINTA

SVB PIO. IV. PONTIF. MAX. CELE-  
BRATA DIE XVI. IVL. M. D. LXII.

Doctrina de Communione sub vtraque specie, &amp; parvularum.



ACRO SANCTA OEcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spíitu Sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicè Sedis Legatis, cùm de tremendo & sanctissimo Eucharistiae Sacramento variia diuersis in locis errorum monstrata nequissimi dæmonis artibus circumferantur, ob quæ in nonnullis prouincijs multi à Catholicæ Ecclesiæ fide atque obedientia videantur discessisse, censuit, ea quæ ad communionem sub vtraque specie, & parvularum pertinent, hoc loco exponenda esse. Quapropter cunctis Christifidelibus interdicit, ne post hac de ijs aliter vel crede-re, vel docere, vel prædicare audeant, quæ ex his decre-tis explicatum atque definitum.

## C A P V T I.

Laicos, & Clericos non conficientes, non adstringi iure di-  
uino ad Communionem sub vtræ specie.

**I**Taque sancta ipsa Synodus, à Spíitu Sancto, qui Spí-  
ritus est a sapientia & intellectu, Spíritus consilij &  
pietatis, edocita, atque ipsius Ecclesiæ b iudicium & con-  
suetudinem securam, declarat ac docet, nullo diuino præ-  
cepto laicos, & Clericos non confidentes, obligari ad fra, Can. 1.  
Eucharistiae Sacramentum sub vtræ specie sumendum;  
neque ullo pacto, salua fide, dubitari posse, quin illis  
alterius speciei Communio ad salutem sufficiat. Nam  
O a eti

*¶ Matth. 26. a* et si Christus Dominus in ultima Cœna venerabile hoc  
*Marc. 14.* Sacramentum in panis, & vini speciebus instituit & Apo-  
*Luca 22.* stolis tradidit: non tamen illa institutio & traditio eò ten-  
*i. Cor. 11.* dunt, vt omnes Christi fideles statuto Domini ad utra-  
que speciem accipiendo astringantur. Sed neque ex es-  
mone illo, apud Ioannem sexto, recte colligitur, utrius-  
speciei Communionem à Domino præceptam esse: n*on*  
cumque iuxta varias sanctorum Patrum & Doctorum  
interpretationes intelligatur. Namq; qui dixit; *b* Nisi man-  
dūcaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis vitam in vobis: dixit quoque: *c* Si quis  
manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et quid  
xit: *d* Qui manducat meam carnem, & bibit meum sa-  
guinem, habet vitam æternam: dixit etiam: *e* Panis, qui  
ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Et denique quid  
dixit: *f* Qui manducat meam carnem, & bibit meum sa-  
guinem, in me maneret, & ego in illo: dixit nihilominus  
*g* Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

## R E M I S S I O N E S.

*¶ V*ide P. Henr. in sum. lib. 2. de Eucharistia, cap. 44. à patre  
Cardin. Bellarm. lib. 4. de Euchar. cap. 24. Valent. de Sacra  
disp. 6. quæst. 6. punto 5. Petr. Ledesm. in sum. p. 1. tract. de Eucha-  
cap 16. concl. 2. P. Aegid. de Sacram. & censur. tom. 1. q. 80. numero  
cum sequentib. & quæst. 73. num. 36. P. Valeri Reginal. in præ-  
ri patr. lib. 29. n. 58. in fine, & 59. vbi erat de Can. 4. huiusmodi  
Sess. 21.

## C A P V T . II.

*Ecclesia potestas circa dispensationem Sacramenti  
Eucharistiae.*

*P*Ræterea declarat, hanc potestatem perpetuam in  
eclesia fuisse, vt in Sacmentorum dispensatione  
salua illorum substantia, ea statueret vel mutaret, quæ  
fusciplientium utilitatē, seu ipsorum Sacmentorum  
rationi, pro rerum, temporum & locorum varietate.

magis expedire iudicaret; id autem Apostolus non obscurè vñs est innuisse, a cùm ait: Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, atq[ue] ipsum quidem hac p[ro]estate vñsum esse, satis constat, cùm in multis alijs, tum in hoc ipso Sacramento, cùm, ordinatis nonnullis circa eius vñsum, b Cetera, inquit, cùm vñs, b 1. Cor. 11. disponam. Quare agnoscens sancta mater Ecclesia h[oc] suam in administratione Sacramentorum auctoritatem, licet ab initio Christianæ religionis non infrequens vtriusque speciei vñsus fuisset; tamen progressu temporis, latissimè iam mutata illa consuetudine, grauisbus & iustis causis adducta, hanc consuetudinem sub altera specie communicandi approbavit, & pro lege habendam decreuit: c Conc. Can. Sess. 13. quam reprobate, aut sine ipsius Ecclesiæ auctoritate prohibito mutare non licet.

## REMISSIONES.

\* Vnde P. Henr[ic]us in sum. li. 8. de Eucharist. c. 44 §. 3. Pat. Sancti de Matrim. li. 3. disp. 22. n. 27. P. Egid. de Sacram. & censur. tom. 1. qu. 80. num. 121. P. Vasq. in 3. p. D. Thom[as], tom. 3. disp. 22. num. 22.

## CAPUT III.

Totum & integrum Christum, ac verum Sacramentum sub qualibet specie sumi.

\* INsuper declarat, quamvis Redemptor noster, vñante dictum est, d[icit] in suprema illa Cœna hoc Sacramentum in duabus speciebus instituerit, & Apostolis tradidit, tamen fatendum esse, etiam sub altera tantum specie totum earum; integrum Christum, verumq[ue] Sacramentum, sum; ac propterea, quod ad fructum attinet, nulla gratia necessaria ad salutem, eos defraudari, qui vnam speciem solam accipiunt.

## REMISSIONES.

\* Vnde Balduin. Iupium super opera controvers. Bellarm. p. 2. lib. 3. cap. 8. a principio, Pat. Valet. Regin. in praxi fori penitentiariae, o 1. deut.

## C A P V T I V .

*Parvulos non obligari ad Communioneū Sacra-  
mentale.*

*212. Can. 4* **D**enique &  $\beta$  eadem sancta Synodus docet,  $\alpha$  par-  
vulos  $\gamma$  v̄su rationis carentes, nulla obligari necessitatē  
ad sacramentalem Eucharistiae communionem: si quidem  
*Brit. 3.* per b Baptismi lauacrum regenerati & Christo incor-  
porati, adeptam iam filiorum Dei gratiam in illa ætate am-  
tere non possunt.  $\delta$  Neque idē tamē damnanda est antiquitas,  
si eum morem in quibusdam locis aliquando servauit.  
Ut enim sanctissimi illi Patres sui facti probabilem ca-  
sam pro illius temporis ratione habuerunt; ita ceteros  
nulla salutis necessitate id fecisse, sine controvēsiā er-  
dendum est.

## R E M I S S I O N E S .

*¶ Vide Pat. Henrīq. in sum. lib. 8. de Eucharistia. c. 43. 212.  
pius. Valqu. in D. Thom. tom. 3. disput. 212. nū. 17. & dilata-  
nū. 35. P. Valeri. Reginald. in praxi fori penit. li. 29. qu. 4. nū.  
Pat. Ægid. de Conink. de Sacram. & censuris. tom. 1. quest. 80. nū.  
nū. 72. cum sequentibus. Petr. Ledesm. in sum. p. 1. tract. de Eucha-  
c. 13. concl. 7.*

$\beta$  Infantes, si daretur eis communio, recepturos gratiam, refuta-  
Victor. verbo Eucharistia, num. 84. in fin. Pat. Soar. tom. 3. dispu-  
t. 4. P. Ægid. d. q. 80. art. 9. num. 77. Petr. Ledesm. d. cap. 13. con-  
duda 2.

$\gamma$  *V̄su rationis carentes.* ] De amentibus perpetuis idem quod  
infantibus sentiendum esse docet Pat. Valer. Reginald. d. lib. 1.  
numer. 78. vbi 79. An debet administrari Eucharistia in actu  
mortis amentiam patientibus tunc temporis, de quo etiam Pat. Ho-  
riqu. in sum. lib. 8. cap. 42. §. 3. in fin. P. Soar. tom. 3. disput. 69. lib.  
dubit. 3.

$\delta$  *Neg. idē tamē damnanda est antiquitas, &c.* ] Vide P. Ægid.  
art. 9. nū. 75.

DE COMMUNIONE S V B  
vtraque specie, & parvularum.

## CANON I.

a. Si quis dixerit, a ex Dei præcepto, vel necessitate salutis, omnes & singulos Christi fideles vtramque speciem <sup>a Cœc. Con-</sup>  
sanctissimi Eucharistiae Sacramenti sumere debere; ana-<sup>stant. Sess. 1.</sup>  
thema sit.

## CANON II.

a. Si quis dixerit, sanctam Ecclesiam b Catholicam non b Sup. c. 1. &  
iustis causis & rationibus adductam fuisse, vt laicos, at- Cœc. Constan.  
que etiam Clericos non conscientes, sub panstantum de com. loca.  
modò specie communicaret, aut in eo errasse; anath-  
emasit.

## CANON III.

a. Si quis negauerit, totum c & integrum Christum, om- c Sup. c. 3. &  
nium gratiarum fontem & auctorem, sub vna panis spe- Sess. 13. c. 4.  
cie sumi, quia, vt quidam falsè afferunt, non secundum Cœc. Constan.  
iphus Christi constitutionem sub vtraq; specie sumatur; Sess. 13.  
anathema sit.

## CANON IV.

a. Si quis dixerit, d parvulis, e antequam ad annos discretio- d Supr. in  
nis peruenient, necessariam esse Eucharistiae communio- prin. & c. 4.  
neam; anathema sit.

Duos vero articulos, ealias propositos, nondum tamen e Sess. 22. in  
excusos, videlicet, An rationes, quibus sancta Catholica decreto.  
Ecclesia adducta fuit, vt communicaret laicos, atque et-  
iam non celebrantes sacerdotes, sub vna tantum panis  
specie, ita sint retinendæ, vt nulla ratione Calicis vsus cui-  
quam sit permittendus: &c., An, si honestis & Christianæ  
caritati consentaneis rationibus concedendus alicui vel  
nationi vel regno Calicis vsus videatur, sub aliquibus cō-  
ditionibus concedendus sit; & quænam sint illæ: Eadem  
S. Synodus fin aliud tempus, oblata sibi quamprimum fin. Sess. 22.  
occasione, examinandos, atque definiendos referuat. fin. Sess. 22.

O 3

REMIS-

## REMISSIONES.

## CANON I.

**V**ide Card. Bellarm. li. 4. de Eucharist. c. 20. cum seqq. P. H. riq. in sum. li. 8. de Eucharist. c. 24. P. Valer. Regin. in præcipi-  
tio pœn. li. 29. n. 58. in fin. optimè P. Ægid. de Conink. de  
tom. i. q. 80. n. 111. cum seqq.

**CANON II.** Vide P. Ægid. de Sacr. tom. i. q. 80. n. 121. vñ  
currit iustissimas rationes, quas habet Ecclesia præcipiendo  
Communionem sub una sola specie.

**CANON III.** Vide Bald. Junium super opera controv. Bel.  
p. 2. li. 5. c. 8. a princ. P. Ægid. de Sacr. tom. i. qu. 76. art. 3. nu. 52.

**CANON IV.** Vide Doctor. suprà citatos in c. 4.

**Antequam ad annos discretionis peruerenerit.** In qua ætatis pa-  
cipiant pueri habere discretionem sufficiētem ad obligationem  
cepti communicandi? Relinqui debere arbitrio parentum, &  
fellarij, resoluunt P. Soar. tom. 3. disp. 70. sect. 1. P. Valer. Reginum  
fori pœn. li. 29. num. 8; P. Ægid. tom. i. de Sacram. qu. 80. art. 11.  
num. 102.

## DECRETVM DE REFORMATIONE.

**E**adem sacra sancta Oecumenica, & generalis Tri-  
tina Synodus, in Spiritu S. legitime congregata, pa-  
sidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, ad  
omnipotens laudem, & sanctæ Ecclesiæ ornamen-  
ta, quæ sequuntur, de reformationis negotio in pre-  
statuenda esse censuit.

## CAPUT I.

Episcopi gratis debent ordinare, tonsurare, dimissorias & i-  
nitiales dare, eorumq; ministri pro istiusmodi literas signillares  
Iponte oblatum recipiendum est. Vbi est consuetudo aliqui  
acipiendi pro literis, nihil capiatur à Notariis pro  
officio ultra decimam viiiii aurei partem,  
modo aliunde ijs non suppetat  
salarium, &c.

**Q**uoniam a ab Ecclesiastico ordine omnis au-  
titæ suspicio abesse debet; in nihil pro collatione